



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CXXX. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß zwei Conventualinnen mit  
Hebungen aus Andorf sich und den Ihrigen Gedächtnißfeiern gestiftet  
haben, am 24. Juni 1360.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

CXXX. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß zwei Conventualinnen mit Hebungen aus Andorf sich und den Jhrigen Gedächtnißfeiern gestiftet haben, am 24. Juni 1360.

Nos Johannes de Bok prepositus, Elyzabeth priorissa Totusque Conuentus In dystorpe vniuersis christi fidelibus recognoscimus per presentes, Quod nobis in christo dilecte Connegundis emit et comparauit suo pretio In villa annendorpe dimidium chorum filiginis pro Tredecim marcis denariorum luneburgensium ad memoriam omnium parentum suorum annis singulis In die Quasi modo geniti, Etiam mechtlydis, filia frederici ledderus pie memorie, In eadem villa annendorpe ademit dimidium chorum filiginis pro tanta pecunia ad refectionem dominarum In die petri et pauli percipiendum et tollendum In festo beati Martini Episcopi et Confessoris. Ex parte predictarum dominarum nunc ad presens annis singulis cedere debebunt ad Officium Caritatis, de quibus amministratrix dicti officii perpetuam memoriam omnium parentum suorum et amicorum prescriptis perpetuis temporibus Conuentui monasterii dystorpe, prout poterit, melius annuatim, ministrabit. Vt autem prescripta maneant rata, hec presens littera sigillis nostri conuentus sinit solidata. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. sexagesimo, In die Beati Johannis baptiste Natiuitatis.

CXXXI. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß seine Conventualinnen Ermgard und Gertrud von Lüneburg durch einen Beitrag zum Ankauf von Wendischen Grabenstedt Leibrenten und Gedächtnißfeiern gestiftet haben, am 24. Juni 1360.

Nos Johannes de Bok Prepositus, Elyzabeth priorissa Totusque Conuentus monasterii dystorpe Recognoscimus publice protestantes in hiis scriptis, Quod de nostro consensu communi et consilio In christo nobis dilecte Ermeghardis Junior, caritatrix, Ghertrudis de Lüneborch, soror eius, ad empcionem perpetuam integre ville Slauiçe Grauenstede per nos a domino Boldewino milite strenuo suisque legitimis heredibus cognomine Bodendike fulgentibus XX marcas Luneburgensium denariorum addiderunt, vt de censu huius ville prompte scilicet pecunie suis temporibus vite annuatim XXIII solidi Luneburgenses de eadem villa debentur indubie ministrari, vna vero earum defuncta reliqua superuiuens omnibus vite sue temporibus In quolibet festo beati martini Episcopi et confessoris eisdem XXIII solidos subleuare; ambabus vero defunctis prefati XXIII solidi persone caritatrici ad donacionem panum alborum dominabus in singulis vigiliis apostolorum non protelentur suo tempore presentari. Eciam VIII solidi eiusdem monete exceptis aliis XXIII solidis in subsidium refectionis ipso die sacro Marie magdalene pro commemoratione religiose persone Ermegardis de knesbek pie memorie annuatim iugiter seruande de villa antescripta deriuentur. Insuper ad empcionem sepenotatam eadem Ermeghardis caritatrix ex parte Mechtildis de walfoue in nostro hospitali existentis XIII dimidiam quartam decimam marciam Luneburgensem exposuit, vt eidem mechtildi viuenti I chorus filiginis de villa iam dicta deriuetur. Ipsa vero mortua ad refectionem ipso die sacrosancti mychahelis conuentui nostro facien-